

Quia arduus & paucarum mentium est
ille contemptus.

R E C E N T I O R E S.

HADRIANVS ROM. PONT.

REgio simillimum Pontificale ver-
bum: tempus est enim, iam ad æta-
tem nostram descendendi. Hadrianum
Rom. Pont. sæpè dicentem audiuisse,
Polycrates refert, qui sibi præfamiliaris
fuit: nullum se ab hoste suo quolibet ma-
ius supplicium optare, quam vt Papa fie-
ret. Et profectò nisi fallor, summi Ponti-
ficatus sarcinam, quæ vulgò fœlix & in-
uidiosa videtur, humeris subiisse difficil-
limum, & gloriosum miserix genus est:
His dico, qui eam seque ab omni conta-
gio præcipitióque præseruare decreue-
runt: Reliquis enim quantò leuior vide-
tur, tantò funestior status est, videtur ita-
que apud vtrosque formidabilis: quod si
ille fatebatur, qui id onus paucis diebus
pertulit, quid illis videri debeat qui sub
falce senuerunt.

ROBERTVS REX SICILIAE.

SEd nomine truncus erit, & informis
Sapientix tractatus, absque Roberti
nomine: nec ego nunc vitam eius, quæ to-
ta moris ac sapientix norma est, nec lōgè
ætatib